



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1562 usque ad annum 1563

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1771**

**VD18 9011860X**

§. 62. Canones circa communionem sub utraque specie conditi.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66641](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66641)

„lis ab ejus sumptione non exemptis: *Sæcul. XVI.*  
 „concludo igitur, quod usum parvulos *A.C. 1562.*  
 „non communicandi approbem, inte-  
 „rim quod concilium de hoc capite,  
 „quamvis id a nemine impugnetur,  
 „disceptionem instituat, id omnino  
 „ratum habere non valeo.

### §. LXII.

#### *Canones circa communionem sub utraque specie conditi.*

Postquam Theologi mentem suam hac *Pallav. n. 12.*  
 super re aperuerant, quatuor con- *& c. 7. n. 1.*  
 debantur Canones, qui in Congrega- *Lit. Legat.*  
 tione die vigesimo tertio Junii habita *ad Borrom.*  
 proponebantur, in quibus anathema *& Papam*  
 dicebatur ei, quicunque dixerit. I. „ex *a. apud Pall.*  
 „Dei præcepto sumendam esse Eucha-  
 „ristiam sub utraque Specie. II. Er-  
 „rasse Ecclesiam, in ea laicis prohi-  
 „benda. III. Non tantum accipi sub  
 „una specie, quantum sub utraque,  
 „quia non accipitur totum id, quod  
 „Christus instituit. IV. Necessariam  
 „esse, & ex Divino mandato sumen-  
 „dam Eucharistiam parvulis, antequam  
 „perveniant ad usum rationis.“

Verum Cæsarei, cum circa Calicis  
 usum decisionem fieri exoptarent, po-  
 stulabant, ut Sessio tamdiu differretur,  
 donec omnia probe discussa tandem de-  
 cidi queant: postea palam profiteban-  
 tur,

I 2

**Sæcul. XVI.** tur, se non permisuros, ut Synodus  
A. C. 1562. ad alia progrederetur decreta, usque  
dum ipsi ea, quæ postularunt, obti-  
nuissent; caussabantur enim, ejusmodi  
repulsam secretis ex caussis fieri, quæ  
tamen Cæsaris honori, necnon promis-  
sis eidem factis adversantur, ut ideo gra-  
vis Imperatoris indignatio timenda fo-  
ret, nisi ejus postulatis satisficeret. (\*)  
Verum ad hæc responderunt Legati,  
quod Synodi decreta retardare haud  
cogitent: insuper objurgationes ipsis fa-  
ctas prorsus inanes esse demonstrabant,  
ac primæ suæ responsioni firmiter in-  
sistebant.

Ceterum in concepta hujus decreti  
formula hæc legebantur verba: permis-  
sum est Ecclesiæ honestis de caussis, pro-  
locorum, temporumque conditionibus,  
usum calicis laicis concedere: com-  
mittitur autem Patribus, ut expende-  
rent, an ejusmodi caussæ respectu Bo-  
hemorum, aliorumve nunc suppeterent.  
Verum ad obtainendum tale Decretum  
sub conditione, per quod nihil confice-  
retur, minime laborabant Cæsariani:  
ideo cum id temporis Patrum propen-  
sionem

(\*) Aut hi Oatores ignorabant, quod  
Cæsar totum negotium Legatorum arbitrio  
reliquerit, aut illi pro suo arbitrio ex usurpata  
auctoritate Legatos hisce postulatis vexabant.

sionem sibi haud propitiam comperi- **Sæcul. XVI.**  
 rent, atque Sessionis dilationem im- **A.C. 1562.**  
 petrare desperarent, tandem ejus cele-  
 brationi consenserunt, dummodo arti-  
 culus ille silentio neutquam obvolvere-  
 tar, sed haberetur suspensus, adjecta  
**Synodi declaratione**, quod duo e quin-  
 que articulis omissi, quam celerrime  
 posset, per opportunitatem expenderen-  
 tur, & præterea pollicerentur Legati,  
 se Pontifici commendaturos Oratorum  
 postulata: porro id ipsum postea etiam  
 præstitere die nona Julii. Itaque de  
 quatuor illis Canonibus agebatur, quo-  
 rum mentio jam fuerat facta in conventu  
 die trigesima Junii habito, Patres con-  
 sensere in duos primos, non item in  
 tertium.

### §. LXIII.

**Examen quæstionis**, an Christus fu-  
 matur integre sub una specie?

Cum in hoc articulo quæstio move- **Pallav. c. 7.**  
 retur, an Christus Dominus sub **n. 6. § 7.**  
 unica specie integer recipiatur? hinc  
 Granatensis Archiepiscopus affirmabat,  
 hanc quæstionem jam sub Julio III. fuisse  
 definitam, cum illic declaratum esset,  
 totum Christum integre contineri sub  
 qualibet specie, ut proin, si rursus idem  
 definiretur, objici posset, quod hæc  
 Synodus non sit prioris continuatio,  
 sicque omnia priora decreta rursus

I 3                   exami-